PELAGIUS
3. Viertel 12. Jh.
Seite 46v
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36487
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

nalib; ministrare eis. Quia doctores ex ipsis habebant. et socii facti
fuerant radicis et pinguedinis olivae. ideoque; unusquisque; in quo habun
dat debet alteri impertire. Hoc quoque cum consummavero et adsignavero
eis fructum hunc perficiar per vos in hispania. Si vos bene exhibue
rritis. abundabit nobis bona doctrina in vos. quia quantum perfect
discipulus tantum provocat ad dicendum et doctor. sic alibi ait. Os
nrm patet ad vos o corinthi. Sive abundantes bene dicat
in adventu meo xpi in vobis. Scio autem quoniam veniens ad vos in abun
dantia benedictionis xpi veniam. Sciens apls quod ppter predicatio
nem xpi roma ut mercedem deducendus erat. in abundantia benedic
tionis predicat se ex venturum. et certe quod conscius sibi erat nichil
minus habere gratiae ab aliis aplis. Obsecro autem vos fres per dnm nrm ihm
xpm. Rogat ut pro eo tota instanter oret eccla. qua novit multum vale
re preces in comune multae. Iacobo enim occiso petrus frm preab; de
carcere liberatus quia nisi tam illi quam sibi beneficium prestiterunt. et per
karitatem spe ut adiuvetis me ad dnm in orationibus. Spiritales
enim karitas facit. ut per invicem eroremur. Ut liberer ab infidelibus
qui sunt in iudea. et obsequium meum oblatio accepta fiat in hierosoluma
scis. Sive ut omnis credant sive fidelib; ministrans in manus
infidelium non incurram. ne ad vos venire non possim. Ut veniam ad vos
in gaudio per voluntatem dei et refrigerer vobiscum. Tunc in gaudio
veniam si oblatio mea ab eis accepta fuerit et securius verbum di
abundantior loquar. Tristicia enim animae multum impedit ad
doctrinam. Ds autem pacis cum omnib; vobis amen. Ds pacis non in
pacificis habitat. Pulchre autem in pace finiunt. duobus populis
in concordia revocatis. Commendo autem vobis phebem sororem
nram. iam quasi finito tertia epla ut solet commendationis gratiam
subtraxerit. Item. Hic monstrat apls non accipienda aut eli
genda persona ex viri et femine. quando romanus per mulierem ut fert
literas mittit in eadem epla aliis feminis mandans salutem.
Tenet autem portatus e corinthi. Quae e in ministerio ecclae quae e
in cenchris. Sicut etiam nunc in orientalib; locis diaconissae